Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Certamen Oratorivm De Militari Gloria Inter septem Milites Hispanvm, Germanvm, Francvm, Italvm, Polonvm, Belgam, Hungarvm

Vernulaeus, Nicolaus

Coloniae, 1623

X. Qualis esse Miles debeat?

urn:nbn:de:bsz:31-107383

Visual Library

ceret, ei plurimam auri vim, præter ſtipendium, addixit, in prædæ nimirum remunerationem, quam ex vrbe minus ſperabant. Vrbe paulò poſt, per Illuſtriſſimum Spinolam potitus eſt. Magna præmia magnos faciunt animos.

X.

Qualis eſſe Miles debeat?

M*Iles, ſecundum Vegetium, debet eſſe vigilantibus oculis, erecta ceruice, lato pectore, humeris muſculoſis, valentibus digitis longioribus brachijs, ventre modicus, exilior cruribus, ſuris & pedibus non ſuperflua carne diſtentis, ſed neruorum duritie collectis. Secundum eundem, aptior armis ruſtica plebs eſt, quam vrbana. Quod, vt dicebat* Cato, *ex agricolis viri fortiſſimi, & milites ſtrenuiſſimi gignantur.*

XI.

An, & quo pacto Belli Dux quieſcere in Exercitu poſſit?

P*Hilippus Macedoniæ Rex cum in Exercitu multo tempore dormiuiſſet, expergefactus tandem, ijs qui circa ſe erant, Tuto, inquit, dormiui, vigilauit enim Antipater.*